

rum dicari, ac commendari, ex quo in mercatorem commo-  
ndabit, qui nihil aliud ( vt mercator ) solet habere propositum,  
care, nisi vt libros, mercesq; quam primum, & quam plurimi ven-  
uctori verò dignitas acquiretur, cum eius opera amplissimo Sena-  
tore probata intelligentur, nam ( vt ille præclare aiebat ) Principibus pla-  
uisse virtis non infima laus est. Libro verò ipsi auctoritas conciliabitur  
ex tua dignitate, quantum enim illi maleuolorum voculis ( quod vitium  
latè patet, & nulli licet optimo libro parcit ) potuerit esse detractum, id  
omne tui nominis amplitudo, vberiori etiam mensura resarciet, & apud  
bonos, studiososq; reddet. Quis enim Venetijs ignorat quę sit tua virtus  
( vt interim **CONTARENÆ** familie splendorem nemini non notum  
præteream ) quę tua dignitas & amplitudo, & ( quod caput est ) quod in re  
litteraria iudicium, quę eruditio, rerumq; omnium exquisita scientia,  
ac cognitio? quarum rerum opinione apud omnes ordines tuæ Reipu-  
blicę iam inueterata ad altissimos dignitatum gradus breui eueclus  
es, vel potius euolasti ea propemodum ætate, qua vix alij multi cogita-  
rēt. Ut enim omittam magistratus, ac præturas foris gestas honorificentis  
fime, inter quas potissimum **Vtinensis** habetur, in qua te eum illi protin  
cię præstisti, vt talēm prætorem desiderandi semper, sperandi raro vel  
numquam reliqueris locum, quod passim etiam vocibus testantur, &  
scriptis Foroiulienses omnes, vt præteream legitimū in ipsa vrbe tot  
magistratum decursum, in quibus maximè elucet Tribuni munus ( vul-  
go dicunt Aduocatoris ) summa cum laude sepius gelatum, in quo iusti-  
tiam in primis professus es, semperque ubi illud fuit propositum, ut  
miseros afflictos, & iniuste oppressos ab iniurijs, & periculo vendicares,  
cuius rei testes sunt vel mei concives Tusculani homines, quos in discri-  
men capit is, fortunarumq; iniuste vocatos sartos tectos ab omni mole-  
stia, & inimicorum fraude tuo iusto patrocinio reddidisti, Quis ignorat  
te nuper summa cum tua laude grauissimo & Illustrissimo Decemuiro-  
rum collegio adscriptum, in quo ita te geris, vt vniuersa Vrbs, & omnes  
homines, ac ordines tua præclara consilia, & facta agnoscant, admiren-  
tur, & obstupefiant. Accipe ergit ut amplissimè Senator deuinctissimi tibi  
clientis leuidense munusculum singularis animi obseruantę testimoni-  
um, neque sit tibi ingrātum opus Metaphysicum tuo ingenio naturę  
terminos, & vim sua præstantia longè superanti maximè consentaneum,  
& me in tuorum numero, & albo esse patiare. Vale.

**RATIO**